

iuxta solitum nostro conspectui presentandum, prevenit nuntius, qui ex inopinato ^{a)} pro parte sua medicum postulavit. Cumque nobis tam subito dolore ^{b)} permotis ad mandatum nostrum magister Theodorus ^{c)} physicus ^{d)} noster et medicus properasset, invenit, quod non absque cordis turbatione perferimus, repente mortuum, pro cuius vite consilio ^{e)} mittebatur ^{f)}. Nec aliud de repentino casu eius ^{g)} conicere ^{h)} potuit, nisi quod invalescente apostemate ipsum rebus humanis propter morbi violentiam sic in brevi autumavit ereptum. Re vera miserabili casu sue floride iuventutis eodem medico referente ⁱ⁾ percepto non potuimus lacrimas continere, dum pro ^{k)} fidei sue meritis ita nobis carus existeret et devotio tua nobis eum ^{l)} redderet ^{m)} cariores ⁿ⁾, in ^{o)} cuius retributionem gratioribus novis tuis ^{p)} credimus ^{q)} votis applaudere, paucitatem dierum suorum nullatenus extimantes, que ^{r)} in ^{s)} occasu ^{t)} eius nos dolere ^{u)} compelleret ^{v)}, et quem incolumem nobis commiseras ^{w)}, tibi condolendo ^{x)} mortuum nuntiare. Quia igitur in obitu tam dilecti nepotis tui, in quo et nos amare flevimus, non possumus tibi iusti doloris materiam inhibere, cum eius prematuro funeri sic recenter recedens non potueris astitisse ^{y)}, id tamen a prudentia tua per ^{z)} gratie nostre blandimenta ^{aa)} deposcimus, ut qui tum ^{bb)} etate provecta ^{cc)} tum ^{dd)} etiam maturitate consilii ^{ee)} prees aliis in exemplum, in hac urgente causa doloris modestiam serves et ^{ff)} metas debitas non excedas ^{gg)}, condicionis humane non immemor, que sub eodem ^{hh)} nature debito cuncta, que sub sole sunt orta, concludit. Potes insuper ⁱⁱ⁾ in hoc consolationem accipere, quod in tanta morum et fidei gravitate suam, quoad vixit ^{kk)}, exercuit iuventutem, ut pro meritis ^{ll)} operum grata vivat eius post ^{mm)} fata ⁿⁿ⁾ memoria et in retributionem ^{oo)} suorum nos sue gratitudinis constituerit debitorem. De nostra quoque gratia tibi et domui tue plenitudo consolationis aspiret, quia incolumitate tua et filiorum tuorum dampnum eiusdem nepotis tui pio relevamus ^{pp)} affectu, et sicut in radice potissime delectamur ^{qq)}, sic te in ^{rr)} nobis plenarie volumus consolari, qui ^{ss)} recompensationem ^{tt)} nepotis

a) oppinato T b) rumore T c) Theodoricus V d) phisicus T e) consilio V f) mitebatur V g) ipsius T h) connicere T i) refferente V
k) pre V l) nobis eum] eum nobis T m) rederet V n) folgt quatenus T
o) fehlt T p) fehlt T q) credimus V r) quoniam T s) hoc T
t) casu T u) dollere V v) compellent T w) fehlt T, commisseras V
x) condollendo V y) extitisse T z) pro T aa) blandimento T bb) cum ex T
cc) provectus T dd) cum T ee) consillii V ff) fehlt T gg) excedens T
hh) sub eodem] subiectione T ii) fehlt T kk) quoad vixit] coadiuxit et V
ll) meis V mm) eius post] post eius T nn) facta V
oo) retributione T pp) revelamus V qq) delectatur V rr) fehlt T
ss) quia T tt) recompensatione V